



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Agenda, Sev Ritvale Osnabrvgense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Benedictio novi putei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

laudent. Per eundem Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Deinde dicat:*

**B**enedictio Dei Pa<sup>+</sup>tris , & Fi<sup>+</sup>lii , & Spiritus<sup>+</sup> sancti, descendat in hanc creaturam vini, (potus,) & maneat semper. Amen.

*Aspergatur deinde aquâ benedictâ : postmodum porrigatur sive distribuatur ad bibendum , primo quidem Sponsis , deinde aliis Christi fidelibus qui nuptiis intersunt.*

*In benedictione cerevisiae, mulsi, alteriusve potus,  
loco prioris dicat sequentem Orationem:*

**D**omine sancte, Pater omnipotens, æternæ Deus ; qui fecisti cælum & terram , & omnia quæ in eis sunt: rogamus te , in nomine Iesu Christi , unigeniti Filii tui, ut sanctificare<sup>+</sup> & benedicere<sup>+</sup> digneris cerevisiam istam, (potum istum:) sicut benedixisti sex hydrias in Cana Galilææ , ita convertere digneris materiam istam potus , in suavitatem & hilaritatem lætitiæ spiritualis, servis tuis , qui in fide Catholica crediderunt. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum , qui tecum vivit & regnat *&c.*

*Benedictio novi putei.*

*Vers.* Deus in adjutorium *&c.*

*Vers.*

*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**D**eprecamur, Domine, clementiam pie-tatis tuæ, ut aquam putei hujus, cælesti benedictione **†** sanctifices, &c., ad communem vitam, concedas salubrem; & ita ex eo fugare digneris omnem diabolicæ tentatio-nis incursum, ut, quicunque ex eo abhinc hauserit biberit, vel in quibuslibet necef-sariis usibus haustâ aquâ usus fuerit, totius virtutis ac sanitatis dulcedine perfruatur; ut tibi semper sanctificatori, omnium Domino, gratias agere mereatur. Per Dominum no-strum. *Resp.* Amen.

Demum aspergit puteum aquâ benedictâ.

Benedictio Tabernaculi pro conservanda  
sacra Eucharistia.

*Vers.* Deus in adjutorium *&c.* Gloria Pa-tri *&c.*

*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**O**mnipotens sempiterne Deus, majes-tatem tuam supplices deprecamur; ut vasculum hoc, pro corpore Filii tui, Domini nostri